

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

XVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

Witt Ewer Ehrw. haben dieselbigen was neues / mir auch vertraulich zuzuschreiben / es soll bey mir bleiben / und nit vermeldet werden / wie es im stand euch mit der lieben Religion sich erzeiget.

Witt auch E. E. fleißig / die lieben prediger des Heiligen Worts Gottes / auch den Herrn Heinrich von Mühlheim / der hochlöblichen Statt Straßburg Stättmeister / auch die andern Herrn und bekanten / als den alten frommen Herrn / welcher der zeit / wie ich zu Straßburg gewest / ein Ambtmann gewest / auch den Herrn Jacobum Sturmium / Rector der löblichen schuel alda zu Straßburg / meinen willigen dienst anzeigen / und wolt der liebe Gott / das ich ihn allen dienen könt / soll mein Leib und crms vermögen willig sein.

Es hat der Pfarrer zu Kalb im Land Württemberg / welscher bey dem Bischoff zu Würzburg Pater Schangler und auch Prediger gewest / und auch im Colloquio zu Worms gebraucht / den der lieb Gott erleucht / das er sich aus dem greulichen Pabstthum gerhan / der hat icht ein bericht lassen außgehn / des titul hiebey lieget / welscher von menniglich gelobet / auch mit einer vorred Herrn Johann Brentius ; Nun sein dieselben bericht all aufft aufft und verstrewt / sind wenig gedruckt / hab mich mit ihm vergleicht / das ers wieder wolt drucken lassen / den uncoften darzu hab ich ihn bewilligt / Nun ist zu Tübingen fast viel zu trucken / dann der Straß und sein Collegen viel trucken lassen / so hab ich drey personen bey Herzogen zu halten verdinget / die die wendische / die Krabatisch / auch die Zyrillisch sprach / welche gar in die türckey gehn und verstanden werden / welsches ein grosses werck / und hoff zu dem lieben Gott / es sollen der armen schäfflein Wendischer und Krabatischer Nation dardurch zur wahren erkandnis Gottes und unsers Seeligmachers erleuchtet werden / auch die Türcken durch die Zyrillische sprach / solen doch der viel erleuchtet werden / und so ferr es mit meiner lieben herren von Straßburg und Ewer Ehrw. willen / möchten sie selbiges büchlein wieder trucken lassen. Hoff man werd das gutt und Christlich löblich werck gern besidern. Ich hab ein Exemplar dem Herrn Michael Doxides gen Straßburg geschickt / der wirts Ew. E. zustellen. Witt E. E. das / so viel E. E. geschäfte zulassen / darein sehen / und die andern prediger übersehen lassen / ob es den stich hält / als ich hoffe / und ob es zu trucken erlaubet / wird der Herr Sylvanus Pfarrer diesen nemmen und auff Straßburg schicken / und dermassen handeln / das buchtrucker alle gebühr nach sollen gehalten und bezahlt werden / bitt derhalben umb bericht. Datum Brach den 20. Februarii im 61. Jahr. E. E. wollen sich mit meiner bösen handschrift behelffen.

Hansß Vngnad.

XVIII.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Quo plus voluptatis ex tua epistola tam amanter ad me scripta percepi: tanto mihi accidit molestius, quod

quod occasio tibi respondendi tam longo tempore mihi non est oblata. Ac sane incidimus nunc in ea tempora, ut & nobis & vestris Ecclesiis pernecessarium sit, ut sæpe per literas colloquamur. Quare optarem à DEO, ut in his tantis difficultatibus, vel hanc saltem nobis concederet felicitatem, ut nos, qui uni Christo militamus, mutuis scriptis nos ipsos invicem confirmare & consolari possemus. Multum sanè me recreavit, Flinere, tua epistola: in qua scribis, ministros Ecclesiæ Argentinensis & inprimis D. Doct. Marbachium constanter & pure in vera & sana sententia de Eucharistia persistere. Hoc sanè non aliter atque præclarum DEI beneficium interpretor. Cum enim plurimi nunc deficiant ad humanas & philosophicas *meditationes*, Academicæ passim corruant, multi clari viri commutent causam, vel utrique parti subdola collusionem blandiantur, gratiæ sunt agenda DEO, pro illustri conservatione Argentinensis Ecclesiæ. Eundemque oro, ut deinceps curam vestri cætus agat. Quæ de Klebizio scribis, mirâ mihi non sunt. Video enim hominem istum ad eò totum sese mancupasse mendacio, ut nihil ei possit in mentem venire, quod non audeat impudentissime proferte. Ex quo Bulchodo, quod est oppidum prope meam patriam, est pulsus, nihil de eo rescivi. Pudet me, cum tam vano homine, certamen mihi esse de religione. Collegium tamen est non dissimile sui, Beza, Baquinus, Clebirgius. Qui tibi arrideat mea Apologia, & an tuæ expectationi quodammodo satisfecerim, ex te scire cupio.

Sturmii libellum de cæna nondum vidi. Satis magno strepitu descendunt in arenam philosophi præclari, sed murus nobis ahæneus est vox divina. Audio, Bezam sua impudenti concione de absentia corporis à cæna, causam dedisse abrupti colloquii Gallici. Cum enim in primâ concione dixisset: Tam procul abesse corpus Christi à pane, quam procul differt altissimum cælum à terris; vehementer est offensa regina, adeò ut vix placari potuerit. Tentavit autem Beza miris modis, ut fucaret suas voces, & rursus involueret. Sed fides ei non est habita. Quid talibus vertumnis credas? Bremæ horribilis excitata est seditio per Calvinistas. Nam 22. Januar. cum Senatus esset in deliberatione de electione consulis, Daniel à Bureo, vir consularis, imbutus Cingliano dogmate, atque idè invisus Senatui, adductis in curiam 3000. civium seditionum, per vim occupat consulatum: Senatu oppresso: singulis minatur interitum, nisi pareant ejus novis edictis. Optimi viri senatores oppressi à seditiosa & furente plebe, quam totam infecit Hardenbergius, petiit saltem, ut dimitteretur ex urbe incolumis. Veram id non impetravit. Extorsit itaque illis, quidquid voluit, Daniel. Superintendentem Doct. Simonem Museum cum collega, expulit urbe. Ceteris sencionatoribus interdixit, ne Albertum Hardenb. taxarent, vel ejus doctrinæ con-

næ contradicerent. Non est dissimilis status nunc Bremæ, qualis initio fuit Monasterii. Wismaricæ Anabaptistæ & Cingliani, veneno necarunt suum Superintendentem, Joannem Frederum, virum optimum & præclare doctum, cum conjugè & familia. Hi sunt fructus Cinglianæ sectæ.

Interea Paulus Eberus pulchrè tacet, nihil scribit adversus hanc sectam. Imo potius eam confirmat. Ut vides in scripto Klebitii: Te moneo, ut una cum Doct. Marbachio cogites, quid debeas Deo, Ecclesiæ, veritati, & tuæ conscientiæ. Non enim silentio vincitur Satan, sed clara voce, quæ in tuba elevanda est, juxta prophetam. D. Illyricus Ratisponam est profectus cum familia. D. Wigandus & Judex apud nos sunt expulsi tyrannide Pontani, Cancellarii, si quid certi habes de concilio, quæso scribas. Bene vale. 7. Martii Magdeburgi.

Ad Johannem Finnerum.

Til. Heshufius.

XIX.

Articuli Hærescos.

S. D. in Domino. Existimo, Vir dignissime, ad vos jam usque pervasisse & sparsam esse famam de dogmate noviter in minore Polonia sparso.

I. Docent isti, doctrinam de Trinitate in Ecclesiis renascentibus toto hoc tempore nequaquam fuisse veram,

II. Qui credunt unum Deum in Trinitate & Trinitatem in Unitate, illi quaternitatem inducunt, & revera quatuor deos habent.

III. Qui invocant Deum absolutè absque determinatione personarum aut unum in Trinitate, istos dicunt, habere Deum Turcicum, Deum conflatum, Stancaristas & Judæos.

III. Unus ergo est Deus Pater verè Deus, Deus Israël.

V. Hunc scriptura semper intelligit, quando absolutè Deum nominat, nec esse locum in scripturis, ubi ponitur Deus absq; Epitheto, ubi de solo Deo patre non intelligatur.

VI. Hic igitur major est quam filius, quod ex eo sunt omnia, etiam & filius & bonitas ipsius. Et quia est pater hic verò filius.

VII. Ab hoc solo Spiritus Sanctus procedit per filium, sicut Græci & Rheni docent.

VIII. Hic mittit filium & mandat, preces ejus exaudit, hic solus est reconciliatus, nec filius & Spiritus Sanctus.

IX. Est quidem æqualis patri, quod ei pater hoc largitus est, sed tamen pater major.

X. Pater solus est creator visibilium & invisibilium.

Hæc